

- 110 Statutum, quo d'pna per negationem augeatur, vel per confessionem minuat, quando locum habeat. Statutum Decimum.
- 111 Statutum de offedente ad domum an comprehendat offedentem ad ostium.
- 112 Et an proyicientem arma ex via, & offedentem stantes in domo.
- 113 Et an offedentem in teeto.
- 114 Et an aggredientem in domo, in qua agyressus non habitabat.
- 115 Et an offedentem in apotheca.
- 116 Statutum puniens euntem de nocte sine lumine, non habet locum in spaciante sub porticu sue domus.

- 117 Statuto duplicante penam pro maleficio commissio in domo habitations iniuriati, debet constare, quod tempore, maleficio iniuriatus ibi habitabat.
- 118 Et quid si fiat insultus iuxta domum per duos pedes.
- 119 Et quid si molendinarius offedatur in molendino. Et quid si nauita in mari.
- 120 Domus appellatione quid veniat remissio, Statutum Vndecimum.
- 121 Statutum puniens vulnerantem, habet locum in eo, qui vulnerat se ipsum.
- 122 Statuto puniente cicatricem deformem, debet deformitas probari.
- 123 Vnusculum non venit appellatione vulneris.

ADDITIONES Ad Quæst. LXXXII.

**Q**uod Villa. Adde, quod Villa, quæ non habet quinque partes familiæ, non tenetur resarcire damnum, quia non dicitur villa. Alex. in l. final. nu. 7. C. de testament. quem refert, & sequitur Marfil. sing. 23. 2. capias.

Item § adde, quod si victualis, vel alius facit iter per vias insolitas, & tunc Communitas non tenetur. Bartol. in l. 1. num. 2. ff. de his, qui etic. vel ef. sud quem refert, & sequitur Rip. in tract. de quest. nu. 85. & qualiter probetur negligentia, & diligentia, vide Bartol. in consil. 102. Et quid si ex processu appareat, quod homo fuerit occisus in vno territorio, & inuentum est cadaver in alio, quæ Vniuersitas teneatur, vide Afflictum in cap. in l. i. Regn. de homicid. Claud. numero decimo quarto, vbi dicit, quod corpus mortuum non præbet testimonium loci, in quo cædes facta sit, & in numero 15. habetur etiam, quod si § medietas hominis inueniatur in vno territorio, & alia medietas in alio, quod Vniuersitas tenetur, in cuius territorio reperitur pars cum capite: & ibi numero 17. dicit, quod Vniuersitas, quæ habeat communionem cum alia, non tenetur ad emendationem damni cum alia. Et quado corpus mortuum non probet, in quo loco cædes facta sit, tenetur etiam Natr. consil. 585. num. 3.

Item § adde, quod si Vniuersitas soluerit damna, & postea reperiat delinquens, quod poterit recuperare solutum a delinquente, & emendatio facta per Vniuersitatem restitui non poterit, secundum Afflict. in dicta consil. num. 22. & Paul. de Cast. in l. 2. §. si res ff. ad leg. R. ho. de iactu. & Gram. in d. consil. si damna clandestina num. 11. & ibi num. 10. quod si § per Vniuersitatem imposita fuisset collecta pro emenda damni, & antequam fieret estimatio, constaret de damnum danre, non esset amplius procedendum ad executionem dictæ collectæ, nec Vniuersitas amplius ad emendationem tenetur, si malefactor est soluendo; secus autem si non est soluendo; quia tunc Vniuersitas tenetur, Gram. consilio 22. & Io. Ant. de Nigr. in c. pridem nu. 1.

Item adde, § quod Villa non tenetur, nisi etiam facta inuestigatione prius pro reperiendo malefactore; argumentum eorum, quæ tradit Afflict. in d. consil. num. 10. Et quomodo procedatur contra Vniuersitatem, quando etiam inuestigatur de delinquente, ibi num. 11. & num. 54. habetur, quod in delicto occulto Iudex inquit, incipit deo a custodibus: & ibi num. 39. si § Iudex cum inquisito processerit ad compositionem, an Villa teneatur, & in consil. de malefic. clandest. num. 30. & 31. quando Villa tenetur emendare damnum, an quilibet de Villa teneatur: & si § Vila non haberet bona in communi, ex quibus possit soluere, an imponatur collecta per as, & libram, vel per capita, & an ille, qui passus est damnum, teneatur contri-

QVÆST. LXXXII.



Vtrum est de penis a iure communi impositis: nunc de penis statutarys aliqua subyciamus.

buere in emendationem damni (de quo infra num. 37.) & ibi num. 54. § an communitas possit cedere bonis, & quomodo sit imponenda collecta, vide etiam Berol. in cap. 1. numero 54. de rapt. spoliar. & in emendatione bonis caro, & corium non debet deduci, & apud me inuentum remanet, & totum damnum est mihi emendandum, c. 2. de iniur. & damno dato, & Grammat. in d. consil. si damna clandestina, num. 4. fol. 22.

Item § adde, quod statuta loquentia de damno dato non habent locum in furto, & statuta loquentia in furto non procedunt in damno dato, quia damnum datum est cum rei corruptione, furtum vero cum rei amotione, & contestatione. Plot. in l. si quando, §. 50. nu. 43. vbi attestatur de communi, & ideo qui fructus in alieno colligit, & exportat, furtum committit. Natr. consil. 163. num. 6. quod intellege, si fructus sunt maturi: actio autem legis Aquilæ datur, vt emendetur damnum. Afflict. in consil. de animal. in pascuis. §. si quando, numero tertio, folio 138. sed Berolus in consil. 213. & 214. volum. 3. tenet contrarium, scilicet, quod statutum de emendatione damnorum datorum vendicat sibi locum etiam in furto. Et in materia damni dati, vide Plot. in repet. si quando do, §. 50. numero 32. Cod. vnde vi, vbi de eo, qui vias in agro alieno comedisse, & de eis nihil collegisset, & in eis falcem non immisit, & in §. 53. numero 6. quando datur damnum in frumento non maturo, vel in arboribus, siue plantis iuuenibus quomodo estimari debeat, & de hoc etiam habetur per Crauetam in consilio 40. numero decimo, & Menoch. de arbit. iudic. calu. 149. numero vigesimoprimo, vbi dicit, quod iudicatur secundum illud tempus, & non ex tempore furto. Et quando non potest agi de damno dato, sed accusatione, vel querela de damno dato. Plot. in dicta l. si quando, numer. 823. & numero 838. vbi habetur, quod pro damno dato, & furto in hæreditate iacente non dantur actiones nisi expilata hæredit.

14 & circa regul. qui dat causam damni, damnum dedisse videtur, vide Socinum in cap. si culpa num. 28. de iniur. & damno dato, & de animalibus inuentis in meo prato, an § illa retinere possim, donec sim satisfactus, vide Bossium in titulo de damno dato, numero decimo. vbi tenet, quod non, si scio cuius sint, sed de hoc habetur etiam per Plot. in d. repet. l. si quando, §. 54. num. 7. & Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 10. vbi dicit, quod possunt retineri, donec soluantur alimenta, que venerunt in vtilitate animalium. Et si damnum fuerit datum ab animalibus, tenetur dominus, vel damnum emendare, vel animal pro noxa dare. Plot. num. 875. sed attenduntur statuta, vel consuetudo loci, & in § Regno Neapolitano ad sunt constitutiones incipientes Perucini & animalia, libro 3. quibus prouisi sunt, non licere alicui capere, & detinere animalia aliena damnum dantia in suo solo, sed teneri ea consignare officiali loci sub pena furti.

17 Item § adde, si Statutum disponit, quod Villa tenetur, quando non inuenitur malefactor, volens agere contra Communitatem, tenetur probare hanc negatiuam, quod

quod malefactor non inuenitur, secundum Corn. in consil. 123. col. 2. libro 1. Crauet. consil. 121. num. 11. & plenè per Mascar. de probat. concl. 200. r. Et circa huiusmodi statutum, quando Vniuersitas teneatur de damnis datis in eius territorio, vide Io. Ant. de Nigr. in cap. 26. clandestinas, fol. 82. vbi ponit nouas limitationes. Quando ignoratur damnicas, ponit tresdecim indicia, Plo. n. 879. v. q. ad n. 893.

18 Item § adde, quando statutum vult Villam de robaria commissateneri, quid appellatione robaria contineatur; Baldus in authent. de nouo iure. C. de seru. fug. & in l. si te. C. ex quibus caus. inf. irrogatur, & Bartol. in l. famosus. §. capitalium, ff. de penis.

19 Item § adde, quando Villa non teneatur damnum, vel incendium resistere, si fama adest, & coniectura, damnum fuisse datum ab inimico. Bertaz. zol. consil. 481. per totum volum. 2. Et in dubio præsumitur datum ab inimico graui, vel capitali. Blo. num. 880.

20 Item adde, § quod hoc statutum locum non habet, si damnum esset illatum ecclesiæ, quia vniuersitas illud emendare non tenetur. Bonif. de Vital. in tractat. de malef. in rubr. quot modis supra malef. proced. num. 3. latè Gand. in tractatu malefic. in rubr. de aliquibus quæst. col. penul. Alber. de Rosa. in 2. part. statut. quæst. incip. statuto cauetur, vbi dicit hanc opinionem vtriusque, quos sequitur Gram. super constitut. si damna clandestina, num. 12. fol. 2.

21 Item § adde, si ex statuto vniuersitas teneretur de occiso, non tenetur de mortuo inuenito in eius territorio, in quo vulnus aliquod non appareret, puta, quia veneno, vel suffocatione interfectus fuisset, l. §. occisorum, ff. ad Syllan. Grammat. super cap. Regni, incip. constitutionem Dni Patris fol. 136. & Io. Anton. de Nigr. in cap. clandestinis, numero vigesimotertio, quod ad finem, de pena homic. clandest. & ibi etiam § habetur, quod in Regno Neapolit. Vniuersitas non tenetur, si homo mortuus aliquo tempore superuixerit, & quod est contrariu de iure communi.

23 Item § adde, quod si aliquis fuerit captus in una Villa, & ligatus super equo, & postea ductus, & robarus in alia Villa, vel vna puella fuit capta in vna Villa, & postea cognita in alia, vtraque Villa tenebitur. Bald. in l. si quis non dicam rapere, nu. 20. de leg. C. de epis. & cler. Baiar.

b Quod si in aliqua Villa. Damnum passus, si sit de Villa, quod teneatur pro te contribuere, vnde per Bart. consil. in libro 2. Guachar.

c Illud seruandum est. De quo vide Bald. consil. 134. volum. 2. vbi Ruemscala in apostol. & Bald. seu quis sit consil. 94. libr. 6. vbi Tortus in apost. Ross.

24 d Quæro nunquid. Adde omnino videndum Mascardum de probationibus conclusionem 471. vbi latissimè damnum probetur per iuramentum illius, qui damnum passus est, & in conclusione sequenti habetur, an damnum in dubio præsumatur datum ab inimico, vel vicino, & quomodo probetur damnum fuisse, vel non fuisse datum, intelligitur, quando iuratur contra dolosum, non autem contra culpolum, etiam ex lata culpa, vt communem dicit Plot. in dicta l. si quando, numero 164. & in quibus casibus iurari possit de damno dato

ob solam latam culpam, tradit ibi num. 776. Et quando statutum dicat de damno, & culpa commissio ibid. num. 767.

25 Item § adde, quod quando statuit iuramento illius, de cuius conscientia quæritur, si probatur contrarium, statuit contrarie probationis; nam lex, vel statutum disponens de stando alicuius iuramento, vel probationi, intelligitur contrario non probato, etiam quod iuramento decisio statim oporteat, l. nam postea, ff. de iur. iuran. Et quod possit probari contrarium, est magis communis opinio, Plot. vbi supra numer. 776. 777. 778. & num. 867. si per instrumenta detegatur falsitas, vel admonendi eodem titulo, quia illud iuramentum habet vim sententiæ, & probationis: ita tradit Angelus de Vbal. in consilio 22. numer. 21. & 26. volum. 1. inter consil. crimin. diuersor. & in l. qui vas. C. de furt. vbi dicit, quod contra iuramentum præstitum super valore rei furtiue, probatio in contrarium admittitur, & de predictis latè habetur per Alexan. in l. qui bona, §. qui damni, ff. de damn. infect. & Menoch. de arbit. iud. q. 76. nu. 17.

Item adde, quod contra tale statutum, & iuramentum admittitur probatio per euidentiam facti, non obstante quod præstitum fuit iuramentum, ita Barb. in cap. & euidentia, de accus. Alexan. in consil. 379. incip. vilo processu, & Marfil. in pract. crim. in §. secund. quæst. num. 23. & ratio est, quia lex, & statutum, nunquam tollit probationem, quæ fit per rei euidentiam. Bald. in rubric. C. de probat. col. 2.

26 Item § adde, an stante tali statuto, si ille, qui iurauit excessiue iurauerit, an possit peti, vt reducatur ad arbitrium boni viri, vide Afflictum in decisione nonagesima prima, columna quinta. Alexan. in l. qui bona. §. qui damni, ff. de damn. infect. Aret. in §. actionum, column. 14. in l. de action. & multa alia ad materiam istius statuti de damno dato, vide latè per Alber. Brun. in tract. de const. decret. statut. in verb. damnum in 3. volum. & latissimè per Plot. in repet. l. si quando, §. 49. 50. & 52. vbi ponit § 8. limitationes.

27 Item § adde, stante dicto statuto, quod credatur iuramento damnum passus, si reus accusatus petat exprimi diem per damnum passum, quia intendit illum redarguere de falso, & probare se ipsum damnum, vel accusatorem fuisse alibi, debet exprimi dies per damnum passum, alioquin eius iuramento non creditur, Baldus in l. 1. in fine. C. de iudic. & est magis communis opinio, ut per Plot. in consil. 94. num. 6. & in l. si quando, num. 824. C. vnde vi.

28 Item § adde, quod tale statutum, (quod iuramento damnum passus credatur,) habet locum etiam, vt sit credendum illius iuramento super incidenti, & emergenti articulo. Bartol. in l. solent, num. 8. ff. de aliment. & cibar. lega. lat. in l. 2. num. 6. C. de edict. Diui Adrian. toll. Rip. in l. 3. nu. 4. ff. de damn. infect. qui alios huius opin. recenlet, & idem tenet Menoch. de arbit. iud. q. 45. num. 10. Baiar.

e Quomodo licet disponat statutum. Adde Marfil. Rubric. de fideiuss. nu. 178. vbi diffusè de hoc statuto. Drogh.

29 Quomodo licet. Adde § in materia Statuti ita dispositus, & an sit validum, si disponeret standum esse iuramentum damnum passus, & quomodo tale statutum esset intelligendum,



gedum, & si opus effet probare, prius dampnum datum fuisse, antequam deuenirent ad iuramentum dampnum passi in damno de iure communi poterit iurare femina quemadmodum masculus siue sit secularis, siue ecclesiastica Plot. d. l. si quando, num. 64. 647. 649. sed in casibus, in quibus de iure communi non creditur, mulier non poterit iurare ibi, numero 30 862. & si possit iurari contra laboratores, & operarios, & in quibus casibus. Plotus in tractatu de in lit. iurand. §. 49. numero quarto, cum sequent. fo 242. ubi huiusmodi materiam multum diffusè tractauit: & ibi quoque dicit quod huiusmodi statutum, & similia semper intelligenda sunt accedente cōsensu iudicis, & si ita iudici visum fuerit, cum omnis 31 ¶ probatio sit arbitraria iudici, vide etiā Viu. opin. 786. & 788. volum. 2. & Bero. in consil. 214. num. 7. volum. 3. & Farinac. in quaestio. 24. numero 197. cum sequent.

32 Item ¶ adde, quod hoc statutum volens credi iuramento dampnum passi non procedit in fauorem forensis. Deci. in consilio 550. num. 8. & Paris. consil. 12. num. 26. volumine 3 ubi attestatur de communi, quod etiam procedit, si forensis soluat onera merè realia, vt per Alexand. consil. 117. alias 41. libro se ptimo, nec contra forensē. Plot. d. l. si quando, numero 846. id quando forensis, ut possit dicto statuto declarat, numero 854.

33 Item ¶ adde, quod stante huiusmodi statuto, quod credatur iuramento dampnum passi, pauper non potest iurare. Paris. in consil. 164. num. 2. volum. 4. quem refert, & sequitur Viu. opinio. 988. num. 3. volum. 3. & tale statutum, quod credatur iuramento dampnum passi, semper intelligendum est, concurrente legalitate, & qualitate eius, qui iuramentum deferendū est ita tradit Roman. in l. dampnum, la terza. ff. de damn. infect. Curt. in l. admonendi, numero 201. ff. de iure iuran. & Mascar. de probationibus, in conclusione 471. numero 29. & 30. & in hoc uersari debet arbitrium iudicis, Mascil. in tractat. de banno, in uerbo Villa, numero 46. & qualitates requisitæ, vt possit quis iurari, ponit Plott. numero 792. 993. 794. vsque ad numerum 805.

Item adde si statutum diceret simpliciter quod stetur dicto alicuius, intelligitur, dummodò iuret, Angelus in l. si vacantiā, C. de bon. vacant. libro decimo, & Felyn. in consil. 48. numero 17.

34 Item ¶ adde, quod statutum, ut debebat credi iuramento dampnum passi, vel saltuarij, uel officialis, vel alterius non procedit, quotiescunque libellus, vel petitio, vel accusatio, seu inquisitio, super quibus procederetur, essent inepta etiā quod in iuramento exprimerentur, & fierent, quæ facta non fuerat in libello, seu accusatione. Dec. consilio 83. Ruin. consilio decimo, volumine quinto, & Plot. in l. si quando, Codice vnde vi. §. 50. numero quadragesimo quarto, ubi latè quando locus sit dicto iuramento.

Item non habet locum, quando pars non petit sibi deferri iuramentum, quoniam ex suo officio nō potest iudex illud deferri, vt est communis opinio, vt per Plot. dicta lege si quando numero 831. nec quando filius, vel alius consanguineus sine titulo esset in possessione, & uellet iurare contra matrem, vel alium consanguineum habentem titulum, & non existentem in possessione, quia ille iurare uolens, præsumitur esse in possessione iure amicitie, & familiaritatis, uel sanguinis, & nomine matris, vel consanguinei, cuius est titulus, vt ibi per eum numero 833.

35 Item ¶ adde, quando agitur contra Villam, vel contra

alium tertium non sufficit huiusmodi priuilegiata per iuramentum, sed requiruntur plene probationes, Deci. in consil. 410. numero 13. De hoc tamen vide omnino Bero. in cap. 1. nu. 46. cum seq. de rest. spol.

Item adde, si extaret statutum, vt credatur iuramento Domini in damno dato, de quo domino intelligitur an possessionis, vel proprietatis, Abb. in cap. quoniam frequenter, §. in alijs in fine, vt lite non cont.

Item adde, quod in casu prædicti statuti stabitur iuramento vsufructuarij, Alexand. consil. 129. volumine secundo, idem sentit Paul. de Cast. in rubr. ff. de nou. oper. nuncia. & ibi Iaf. Et quando nō possit de ferri, & quæ excidi possint, ponit Iaf. in dict. l. si quando, nu. 827. 846. & 861.

Item adde, quod personæ ecclesiasticæ, nō sufficientes onera temporalia, gaudebunt beneficio dictorum statutorum, etiam quod statuto caueretur, quod nō soluentes onera, vel non subiecti non gauderent beneficijs statutorum, Plot. ibi. num. 854. Baiard.

36 Sed quid si dampnum. ¶ Adde ¶ quod in statu Ecclesiastico in materia damnorum datorum ad sunt duæ Bullæ Pij Quinti, de quibus in Bullario folio 936. constituit. 12. & 13. prope finem, & ad hanc quaestione, uide Farinacium quaestione 24. num. 198. Baiard.

37 Item quæro nunquid. ¶ Adde; quod contrarium tenet Menoch. consil. 50. & 101. nu. 43.

Item adde, quod stante statuto, quod Vniuersitas teneatur dampnum emendare, si non ceperit malefactorem, quod etiā ille, qui passus est dampnum, tenetur contriuiere ad emendationem. Bartolus, & alij in l. ab omnibus, §. Titius, ff. de legat. 1. & Socinus in capitulo dilecta, numero 53. de excess. prelat. Baiard.

Hec non est materia proprie criminalis. ¶ Adde, quod idem 38 accusatus de damno ¶ non potest puniri de furto, cum aliud sit dampnum, aliud sit furtum. Dec. consilio 83. sub numer. tertio, veri. Modo Titius accusatus, Notarius in l. si quando, §. primo sub numero quadragesimo secundo, Cod. vnde vi, & quamuis Decius ubi supra tenere uisus sit, quod incisio lignorum sit in damno, exportatio uero sit in furto, uide Calcaneum in contrarium allegatum per Crauetam consilio 151. sub numero decimo octauo ad finem. Alexan. consil. 168. sub numero secundo cum sequent. volumine primo. Dixi in addition. ad statuta Pallauicina, sub Rubrica de pena facientis, uel dampnum dantis, statut. 72. libro secundo. Quod intellige contra de damno accusatos, vt contra eos de furto procedi non possit: Criminaliter autem proceditur contra Camparios accusare dampnabentes ex eorum officio, cum non accusant, nec indicant: Blanc. repet. l. fin. ff. de quaest. numero 425. uersiculo culpa custodis; & habetur supra quaestione duodecima, uersiculo est autem; ex quibus insurgit declaratio ad statutum Riparoli in crim. in Rubrica ducente sima octuagesima quinta, vt tale statutum non procedat, declaratur etiam, ut statutum prædictum non habeat locum, quando colonus, uel massarius, siue conductor accusarent de damno dato: quia hoc non possunt tunc facere, nisi de licentia Domini, Bartolus in l. si furtum in fine. ff. de usufruct. Plot. in l. si quando, §. tertio, sub numero vigesimoprimum, ff. de in lit. iur. Felynus in capitulo ex parte, illecondo, coll. mihi 2. de rescript. Et in quantum hic dicitur, & absens tempore maleficio teneantur, contrarium reuulit Dec. ex eodem Alberico quaestione sexagesimo octaua; & quaestione 83. in consilio sexagesimo quarto, sub numero quinto, post med. Drogh.

Statutum secundum circa bannitos.

1 Statum, quod nemo det auxilium bannito. ¶ Adde, quod ¶ scribens litteras bannito, dicitur ei præstare, auxilium. Bald. in l. 1. in princ. ff. de verb. obligat. quem refert, & sequitur Felin. in consilio crim. tom. 1.

39 Item ¶ adde, quod statutum loquens de bannito; non verificatur in eo, de cuius banno disputatur. Bald. in l. 2. C. si pendent. appellat. mors interuen. in fin. Soc. consil. 122. num. 4. vol. 1.

K Dicantur ei præstare auxilium. ¶ Hoc limitatur in heretico, vt aduocati pro eo aduocare non possint, quando scilicet iam prius constaret de heresi, supra §. heresis, per Clarum allegato; defendendo tamen fac protestationē, vt per Crauet. consil. 262. in princ. Drogh.

¶ Quæro, si statutum prohibeat. ¶ Adde, ¶ quod statutum prohibens, quod nemo loquatur cura bannito, intelligitur, quando loqueretur cum bannito, in pte iudicium Regimini, alias secus. And. Bart. in cap. cum uicifinum de offic. deleg. ubi allegat text. sing. in l. 1. ff. ad legē Iul. Maiest.

41 Item ¶ adde, quod huiusmodi statutum non habet locum in scribente, nisi si eadem sit ratio. Buriat. consil. 94. nu. 7. ubi attestatur de communi, & quod statutum de loquente cū bannito cōprehendat etiā scribentem, & nuntium 42 ¶ mittentem, ubi uiget eadem ratio. Roman. Iaf. Crot. Rip. & alij communiter Doct. in l. 1. in princ. de verb. obliga. & latè Ferrant. Vasq. in tractatu de success. §. 15. num. 55. & Cassan. in consuetudin. Burgun. in fol. 1510. uer. uigesima quinta conclusio. Baiard.

m Alere uirum suum bannitum. ¶ Adde, quod de uxore banniti, dixit Mascil. d. rubr. de fideiuss. numer. 222. sup. ad q. 78. uer. item in ficutum, ubi dixi sup. ad q. 78. uer. fici. quæro si bona. Drogh.

n Resp. quod sic. ¶ Et an teneatur sequi uirum, Farinac. in eius pract. cri-

Statutum, quod nemo det auxilium bannito.

¶ Quæro nunquid aduocati, & procuratores patrocinantes bannito, dicantur ei præstare auxilium, & fauorem, & incidant in panam statuti. Resp. quod non est communis opi. vt attestatur Taeg. in pract. crim. c. 12. num. 25. Videntur enim præstare auxiliū iuris ministerio: merito puniri non debent. Quid autem in hereticis, an liceat pro eis aduocare, & patrocinari, dixi supra hoc eo. lib. 8. Hæresis, uer. ulterius.

¶ Quæro, si statutum prohibeat, quod nemo loquatur cum bannito sub aliqua pena, nunquid scribens litteras bannito incidat in panam ipsius statuti? Respon. quod non: est communis opin. vt dicit Alciat. in l. 1. in princ. nu. 20. ff. de verb. oblig.

¶ Itē quæro, nunquid vxor teneatur alere uirum suum bannitum ex fructibus suæ dotis. Respon. quod sic. Sed quod si fructus dotis non sufficientiant, nunquid tenebitur illum alere ex bonis suis paraphernalibus? Resp. Gl. in l. si stipulata, in fi. in uerbo, Contra sexus naturam, ff. de donat. inter uirum, & uxorem dixit, quod nō teneatur vxor alere uirum ex bonis proprijs. Sed cerie illa gl. communiter reprobat, vt dicit Gas de crim. l. 1. & Maiest. fol. 158. q. 21. nu. 4.

Statutum tertium circa matrimonia.

¶ Statutum prohibens matrimonium contrahi non ualet. Et ita tenent omnes, vt dicit Alex. consil. 97. post nu. 2. uer. & quamuis, lib. 1. Et quod talia statuta non procedant de iure canonico, dicit esse communem op. Cur. Sen. consil. 27. nu. 3. & seq. quem refert Cotta in memor. uer. sic. statuto Mediolani, & Landæ, circa fin.

¶ Hinc ¶ inferitur, quod statutum prohibens matrimonium contrahi cum forensi, & contrahenti panam imponens, non ualet, neque quod ad prohibitionem matrimonij, neque quod ad penam. Et est

communis opi. vt attestatur Curt. Sen. in consil. præalleg. post nu. 3. quem refert Cotta in loco præalleg. circa prin.

¶ Sed nunquid ualet statutum laicorum disponens, quod filij non possint contrahere matrimonium sine consensu patris. Resp. In hoc artic. succurrunt uariæ scribentium opi. Nam Bart. in l. ad iycimus, C. de murileg. lib. 11. tenuit, & sic. Et dicit Paris. consil. 29. nu. 42. lib. 3. quod communiter concluditur, quod quando lex ciuili imponit panam contrahentis matrimonium, & hoc in fauorem alterius, ex eo quia ille tertius ex tali matrimonio latur, talis pena de iure ciuili apposta subsistit, neque per ius canonicum dicitur sublata, vel correctæ, licet ius canonicum conualidet ipsum matrimonium: addens quod licet statuta laicorum non possint imponere panam contrahenti matrimonium circa substantiā ipsius matrimonij, scilicet vt matrimonium ipsum non ualet, secundum magis cōmunem opin. de qua attestatur Card. Alex. in c. 1. de sponsal. possunt tamen disponere super dependentib. à matrimonio, puta, super dote. Et ita seruari attestatur Ant. & Bart. in d. cap. 1. quem refert Præpos. ibi. ¶ Contrariam autem sententiā, quod scilicet tale statutum non ualet, tenuit Ioan. And. in c. statutum, il 1. de heret. in 6. & dicit Brunell. de spons. conclus. 19. nu. 4. & 5. quod illum sequuntur communiter Doct. Hanc etiam opi. dicit esse communem Alex. in d. consil. 97. in fi. lib. 1. & consil. 1. post nu. 21. lib. 3. Felin. d. c. 1. n. 1. de sponsal. & in ecclesia sanctæ Mariæ, post num. 59. uer. sed contra, de const. Curt. Sen. in d. consil. 27. in primo dubio, Dec. in d. ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 36. & in l. nuptias, nu. 8. ff. de reg. iur. & consil. 251. nu. 2. Et in specie dicit Dec. in d. l. nuptias, nu. 14. in fin. quod communiter tenetur contra Bart. in d. l. ad iycimus. ¶ Ego credo hanc opi. de iure esse ueriores, & magis communem: sed ubi de consuetudine obseruetur opi. Bart. credendum ab ea non esse in iudicando recedendum, non quidem circa prohibitionem matrimonij, sed bene circa panam priuationis dotis, & alias ab ipso statuto impostas.

¶ Item quæro, nunquid ualet statutum prohibens fororē nubere sine consensu fratris. Respon. quod non: est communis opin. vt dicit Alexand. in d. consil. 97. post num. 5.

¶ Sed quæro, nunquid ualet statuta laicorum priuantia filiam dote, casu quonubat indigno sine consensu patris. Respon. quod talia statuta ualet, & sunt firmissima, neque de iure canonico reperiuntur correctæ, & ita seruari